

TABERNA ROMANA

*In viā Romanā Medus ambulat cum Lydiā:
illā pulchrā feminā, quam is valde amat,
et in viā Romanā est Albini taberna:
apud quam nunc Lydia consistit cum Medō.*

*In hāc tabernā Albinus ornamenta vendit,
isque semper haec clamat: „Emit^e ornamenta:
has videte lineās, anulōsque illōs –
valde parvō pretiō stant – emite, venīte!”*

*In tabernam hanc intrant Lydia et Medus
„Hi anuli quanti stant?” interrogant nunc
„Illī” dicit Albinus „mille constant nummīs,
hōrum autem pretium tantum centum est.”*

*Medus eī respondet: „Non habeo nummōs
et amica pulchra est sin^e hīs ornamentīs,
tu autem foedus es, habe ornamenta!
(Nimis magnum pretium est hōrum et illōrum).”*

*Lydia nunc lacrimat: „Sed anulus ille
huic digitō convenit, neque magnō constat,
sed quia me non amas, habe illōs nummōs:
meus novus amicus iam Albinus est!”*

♪ *Down by the station*

valde : multum

parvo pretio stant : parvo pretio
constant

quanti stant : quanto pretio
constant

huic digito convenit : ad hunc
digitum convenit